



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 152. Horatii Spinolæ Cardinalis decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.  
Sæc. 1616.

§. CLI.

*Philippus Spinellus Cardinalis  
mortuus.*

*Ciacon. ibid.* Tertius ex Purpuratis hoc anno denatis erat Philippus ex nobilissima Spinelliorum Neapolitana familia ortus, qui regante Clemente VIII. Colofensis Archiepiscopus ad Rudolphum Cæsarem Sedis Apostolicæ Nuntius in Germaniam decernebatur: inde vero in Italiam revocatus, ac Ferrariensis Prolegatus decretus, tanta prudentia, ac moderati Regiminis laude commissum sibi munus obibat, ut ab eodem Pontifice absens Presbyter Cardinalis renuntiaretur. Quamvis autem Policastrum primum, ac postea Averfæ Episcopus esset, tantopere tamen ære alieno gravatus erat, ut annui suæ Ecclesiæ proventus ad debita, quæ contraxerat, dissolvenda, suæque dignitatis honorem sustinendum non sufficerent. Obiit in ipsa Averfanæ Diæcesis lustratione die quarta Aprilis quinquagenario major, in Averfana Ecclesia sepultus.

§. CLII.

*Horatii Spinolæ Cardinalis decessus.*

Postre-

Postremus denique ex Sacro Cardi-  
 nali Collegio decessit hoc anno Sæc. XVII. A. C. 1616.  
 Horatius Spinola Paritius Genuensis,  
 qui a puero in Seminario Romano hu-  
 manioribus literis, in claris vero Aca-  
 demiis Ticinensi, & Patavina Juris-  
 prudentiæ operam navabat, exactisque Miræus in  
elog. gent.  
Spin.  
Ciacon. in  
vita Pauli V.  
 studiis Doctoratus laurea insignitus,  
 Romam venit, a Sixto V. utriusque  
*Signaturæ*, ut vocant, *Referendarius*, &  
 a Clemente VIII. Bononiæ Pro-Lega-  
 tus decernebatur, quam urbem tanto  
 omnium applausu regebat, ut obtento  
 Genuensi Archiepiscopatu Ferrariensis  
 Legatus a Paulo V. nominaretur, tan-  
 dem Romana Purpura decoratus, quam  
 tamen decimo post anno Genuæ una-  
 cum vita die vigesima quarta Junii exiit.  
 Erat is Vir propositi tenax, in tuendo  
 Ecclesiastico jure acerrimus, Reipubli-  
 cæ Christianæ studiosissimus, ac rigi-  
 dus disciplinæ Ecclesiasticæ exactor:  
 unde non pauci suæ Diæcesis Clerici  
 vitæ liberioris amantes patriam dese-  
 ruere, alio migrantes. Eadem quoque  
 austeritate in Magistratibus, quos gessit,  
 usus est, sæpiusque, dum Ferrariensi  
 fungebatur legatione, cum Venetis dissi-  
 dium habuit de jurisdictionis finibus,  
 quocirca ab illis male habitus, & pro-  
 scriptus est.

§. CLIII.